

74

II. József király (1765/1780–1790), német-római császár

“Systematica gentis Judaicae regulatio”

(Az úgynevezett Türelmi rendelet)

1783. március 31

Eredeti nyomtatványon:

Országos Levéltár, Helytartótanács, Id. Jud.

Fővárosi Levéltár, Pest város levéltára, Intimata, 1783/6241

Fejér vármegye levéltára, fasc. 50, no. 118

Moson és Pozsony vármegyék levéltára, anno 1783

Sopron városi Tanács jegyzőkönyve, pp. 397–409¹

Stb.

Újabb kiadás:

Alexander Büchler, “József császárnak a zsidókra vonatkozó rendszabálya. *Systematica gentis Judaicae regulatio*”, *Magyar-Zsidó Szemle*, 13 (1896), pp. 367–374

Fordítás:

Bergl József,² *A magyarországi zsidók története* (Kaposvár: Jeiteles Hermann, 1879), pp. 68–72

Borbély Judit, apud: Gonda László, *A zsidóság Magyarországon, 1526–1945* (Budapest: Századvég Kiadó, 1992), pp. 261–268 (Borbély Judit fordítása)

Irodalom:

Marczali Henrik, *Magyarország II. József korában*, II (Budapest: Pfeifer Ferdinánd, 1883²), pp. 268–280: “A zsidók”

Marczali Henrik, “A magyarországi zsidók II. József korában”, *Magyar-Zsidó Szemle*, 1 (1884), pp. 353–363

Mandl Bernát, “A magyarhoni zsidók tanügye II. József alatt”, in: *Évkönyv, 1901* (Budapest: Izr. Magyar Irodalmi Társulat, 1901), pp. 166–220, kül. p. 177 skk. (a szöveg részleges fordításával)

Systematica gentis Judaicae regulatio³

Illustrissimī, Reverendissimī, Spectabiles, ac Magnifici, Perillustres, item et Generosi Domini Nobis observandissimī.

Intimatum nro. 1828.

Informationibus in puncto Systematicae Gentis Judaicae Regulationis interventis et abhinc Suae Majestati Sacratissimae demisse repraesentatis, Altefata Sua Majestas Sacratissima sequentem elargiri dignata est, clementissimam Resolutionem Regiam et quidem:

Primo: Ut ad quosvis contractus, obligationes, Testamenta, Libros Mercantiles, cuncta demum Documenta, et Instrumenta, quae sive in Judiciis, sive in Extra-

¹ Scheiber Sándor, szerk., *Magyar-zsidó oklevéltár – Monumenta Hungariae Judaica*, XVIII (Budapest: A Magyar Izraeliták Országos Képviselője, 1980), pp. 347–353, no. 650.

² Bergl (Bergel) József (1802–1884) morvaországi származású orvos a kaposvári Esterházy uradalomban, héber költő, természettudományi szakíró, történétíró.

³ II. József 1790. január 26-án legfelső elhatározásban három kivételével visszavonta a Magyarországot és Erdélyt illető rendeleteit és intézkedéseit; a kivételek között volt a tolerantia-pátens is.

judicialibus Negotiorum Pertractationibus Obligationem aliquam inducere deberent, Idiomate in Judiciis cujusvis Provinciae usitato sub Poena nullitatis et denegatione Jurisdictionatae Assistentiae conficienda et expedienda adigantur, generatim autem Hungaricum Latinum, et Germanicum Idioma praescribatur, quo Christiani in vel extra Judicialibus Foris partium illarum uti solent; ad hoc attamen, ut ordinatio haec plenam functionis vim consequatur, Judaeisque omnes dispositioni huic semet subducendi praetextus praescindantur, eisdem Primo peremptorius duorum Annorum Terminus praefigatur, quo scilicet adultiores saltem, et ad mercimonia tractanda propediem applicandi Juvenes eos in condiscendis Linguis usitatis progressus facere valeant, quorum adminiculo universae Genti suae ad condendos Linguis in Regnis hisce vigentibus Contractus, Obligationes etc. opitulari queant.

In Nexu horum itaque Judaeis medio concernentium Jurisdictionum praemissa omnia, in quantum eisdem scitu necessaria essent, debite publicari et explanari benigne vult sacratissima sua Majestas, ea ulteriori expressa Declaratione, quod Altefata sua Majestas Linguae tum Hebraicae (excepta duntaxat cultu Divino) tum signanter Linguae Judaeorum vernaculae, seu Judaico-Germanicae vulgo Judisch-deutsch usum in cunctis, praesertim tum Judicialibus, tum extra-Judicialibus negotiorum Pertractationibus de altissima Autoritate Sua Regia abrogare constituerit ac in vicem antelatorum sublatorum Judaicorum Idiomatum Linguarum in Provinciis vigentium usum dehinc apud Judaeos ubivis introductum clementer velit; quodve coacta post praefati biennalis Terminis a Dato publicationis ubique computandi effluxum, seu puro Hebraico, seu Judaico apud Gentem hanc vernaculo Idiomate exarata, aut Hebraicis duntaxat, et Judaicis characteribus scripta aut subscripta Instrumenta, quae scilicet Obligationem quandam, aut fidem publicam in Judiciis, aut extra Judicialibus Pertractationibus inducere solent, quantumvis talia per Rabinos scripta, aut subscripta forent, de altissima expressa voluntate Regia ipso facto pro nullis, ac invigoris declarentur.

Secundo: Ut Judaica Juventus condiscendarum Linguarum in Provinciis vigentium sufficientem opportunitatem nanciscatur, Genti huic scholarum Judaicarum juxta Normalem Institutionis Methodum instruendarum Introductionis adminiculo succurratur.

Tertio: Ut Scholarum quoque publica Nationalium jam constitutorum frequentatio eisdem ex peculiari Gratia Caesareo-Regia admitti possit.

Quarto: Siquidem plerique Judaeorum libri Idiomatibus a Lingua Sacra, seu stricte Hebraica plurimum discrepantibus, ac Regiae Universitatis Commembris penitus ignotis concinnati sint, ac proinde juxta principia Censurae per sacratissimam suam Majestatem clementer stabilita censurari nequeant, sed et Notorium sit ex ejusmodi potissimum Librorum Lectione Judaeos praesertim peritiores eorundem continuam, quasi Idiomatum suorum Exercitationem haurire, ad admaturandam Idiomatum Judaicorum exstirpationem, simulque Linguarum in Provinciis vigentium propagationem clementer statuitur, ut exceptis iis puro duntaxat Hebraico Sermone exaratis Libris, qui apud Judaeos ad classem stricte Sacrorum, ac Ritualium pertinerent, ac pro peragendo cultu Divino apud Gentem hanc usitato, persolvendisque Caeremoniis, ac Precibus eisdem propriis necessariis forent, omnium omnino reliquorum ad quamcunque demum classem referibilium Librorum, sive Hebraico puro sive Judaico corrupto Idiomate, aut Hebraicis

duntaxat characteribus exaratorum Impressio aut undecunque demum ad Regna haec facienda Inductio absolute, ac severissime prohibeatur.

Secundo: Siquidem novum Scholarum Judaicarum in quavis Provincia sub Inviatione Directoris Normaliter introducendarum Institutum ob notam Judaeorum pertinaciam, ingenitaque iisdem Praejudicia difficultatibus cariturum non sit, ac proinde procul dubio peculiarem ex parte Dominorum Superiorum Reginum, Studiorum Directorum Attentionem, ac vigilantiam exposcet; sed et praeterea in ipsa operis hujus effectuatione occasione adinveniendi, ac stabiliendi fundi pro sumptibus ad scholas has neo-introducendas impendendis requisitae non leves difficultates ac molestiae superandae praevideantur; hinc in primordio ardui hujus operis illa duntaxat Provisio facienda est, ut in quovis Districtu, ac signanter

a) Loco tali, ubi Judaei maiori numero degunt, cujusve delectus antelatis superioribus Regiis Directoribus defertur, una, eaque Capitalis schola Judaica introduci valeat. Caeterum habita Reflexione illa, quod in uno, alterove studiorum Districtu quam complures e numerosioribus familiis constantes, longeque ab invicem dissitae Judaicae communitates existant, pro quarum Iuventute una schola minus suffectura esset, Judicio ac Arbitrio Superiorum Reginum Studiorum Directorum plene relinquatur: an ad Gremiales eorundem Districtus pro ratione circumstantiarum plures etiam scholae, ubi, et quot constituendae sint? Ex quo autem

b) Ritus sui tenax natio in erectionem Gymnasii Normalistici pluribus in Locis aegre manus admotura, praevideatur ideo ad sufferendum omnem scrupulum eosque ad erectionem scholarum tanto magis excitandos Rabinis, et senioribus de benigno Jussu Regio imponatur: in Synagoga publicando Benignam hanc Resolutionem Regiam de Systematica Regulatione clementer elargitam una observationem ejusdem cum necessariam, tum honorificam popularibus omnimode persuadeant, praesertim intuitu Literarum in scholis publicis discendarum.

c) Definitionem objecti illius: ex quot Classibus, et Magistris scholas ejusmodi constare oportet? tantisper in suspenso relinqui.

d) Dubium nullum est, Judaeis in scholis pro Gente hac introducendis praeferebantur in Linguis in Regnis his vigentibus Germanica scilicet Hungarica et Sclavonica, Arithmetica item, aliisque Disciplinis communem omnigenae Religionis hominibus utilitatem praeseferebantur, ac in scholis Christianis Nationalibus ventillari solitis instituendos venire. Quod attamen ipsarum Linguarum in scholis antelatis Judaicis condiscendarum qualiter ordinandam Distributionem concerneret, objectum hoc subinde determinabitur.

e) Cum cuncta ea, quae in Scholis Nationalibus Normalisticis pertractari solent, ad utilitatis omnigenae Religionis, ac sectae hominibus communis scopum directa essent, ac proinde et Judaeis utilia esse possent; ad haec fine introducendae ad omnes Nationales tum Catholicorum, tum alienae Religionis hominum scholas uniformitatis, praecavendorumque simul notabilium sumptuum pro casu inutilis, ac dispendiosae Libellorum Scholarum Multiplicationis cum sensibili Fundi Litterarii Damno profundendorum ad id potissimum reflectendum, conatusque convertendi sint, ut nempe ex Libellis Scholasticis profanis pro Nationalibus cujuscunque Religionis scholis deservituris cuncta ea, quae ad objectum Religionis quaqua ratione referri possent, penitus exmittantur, taliterque nunc memorati Libelli profani pro omnibus Nationalibus scholis uniformentur: praedeductis itaque

considerationibus spectatis, et expensis, Systemati huicce Generali comparate ad scholas quoque Judaicas inhaerendum erit, sequaciter Libelli quivis profani antelata modalitate adpromtandi ac modificandi pro scholis quoque Judaicis adhibendi venient.

Quod porro ipsam Judaici Dogmatis Institutionem concerneret, quemadmodum in scholis christianorum nationalibus pro Praelectionibus catechiticis certi dies, ac horae juxta Systema Literarium destinata essent, ita pariter ad conciliandam neo-erigendis his scholis Judaicis ex parte Gentis hujus ad diffidentiam, et suspitiones pronae majorem fiduciam, Animique propensionem, obtinendumque id, ut primis statim Annis majore alacritate, citraque resensum et Abhorrescentiam aliquam frequentiores discipuli conveniant, communitatibus Judaicis, ad quarum Gremium scholae introducentur, admittetur, quin et imponetur illud, ut in quavis ejusmodi neo erigenda schola pro Judaici Dogmatis Institutione Praeceptorem (sumptibus eatenus per solos Judaicarum Prolium Parentes suppeditandis) servare sibi curae habeant, ea nempe ratione, ut Is horis illis, quae in Nationalibus Christianorum scholis pro Praelectionibus catecheticis praefixae sunt Proles cuntas Judaicas ad neo introductam scholam Localem Judaicam confluentes in Dogmate, ac Religione Judaica erudire teneatur; exceptis autem horis istis scholasticis Discipulos Judaicos congregare, in unum cogere, eosdemque extra ordinarias quoque Horas eidem plene interdictum sit; caeterum is in ordine ad externam Disciplinam ad evitandas omnes turbas, dissensiones, ac confusiones Locali Nationalium scholarum Directori subordinatur, ac parere teneatur.

f) In Primordio saltem novae hujus Institutionis, ac primis saltem Annis Christiani solum Instructores adhibeantur. Necesse tamen est, ut eum tempore applicandi Judaici Praeceptores in Legendo, Scribendo, et Arithmetica apud Paedagogos Christianos informationem capiant; et taliter aequalitas perfecta in docendo existat, hunc porro in finem eisdem medio Districtualium Scholarum Nationalium Inspectorum districtim imponetur, ne cum Disciplinis Methodo Normalistica pertractandis ac ad quas docendas iidem constituti forent, alias huc non pertinentes cognitiones, ac ne ipsum quoque Judaicum Dogma commiscere ausint; cum pro hujus Institutione peculiaris alioquin Praeceptor ordinatus habeatur: ac quo huic ordinationi exactus mos geratur, iidem districtuales Inspectores solenter invigilabunt, ne secus per innatam Genti huic astutiam, subdolanque agendi rationem praecipuus neo erigendarum harum scholarum scopus per Ssmam Suam Mattem⁴ clementer praefixus a vero et recto Tramite abstrahatur.

g) Cum ad docendum in scholis Judaicis destinati praevie in Normalistica Methodo praeparari, ac institui debeant; idcirco homines per Judaeorum Communitates pro Informatoribus proponendi per Inspectores scholarum Nationalium diligentur, ea caeteroquin ad Communitates praemittenda cohortatione, ut illae non tantum qualitates ad instruendum, sed notas quoque proponendorum, virtutes respiciant, et de iis certae sint. Ne autem Judaei solitis Tergiversationibus suis effectum hujus Instituti eludant, aut remorentur, medio concernentium Jurisdictionum iis demandetur, ut illico, praeuptaque omni mora ex

⁴ Értsd: per sanctissimam suam maiestatem.

Gremialibus cujusvis studiorum Districtus Communitatibus saltem tria gerendo Praeceptoris Muneri idonea subjecta attactis Districtualibus Nationalium Scholarum Inspectoribus intra bimestre spatium nominatenus designent, dictaque Individua ad vicinas praeparandorum scholas exmittant, quo hi ibidem sufficientem ad docendum habilitatem consequi valeant.

h) Circa frequentandas Christianorum Scholas praecise Libertas Judaeis relinquatur, et Christiani Instructores ad Scholas eorum saltem pro Casu illo penes ejectandum juxta proportionem in Taxae Tolerantialis Depensione haberi solitam Salarium constituentur, si Judaei intra praescriptum Terminum bimestrem idoneos a medio sui candidatos praesentare different, adve vicinas praeparandorum Scholas haud exmitterent. Ubi demum ad Scholas has Judaicas Judaici Praeceptores Normali Methodo imbuti applicabuntur, eorundem salaria non nisi de casu ad casum pro ratione circumstantiarum, de comperiendi subjecti ejusmodi Judaici majoris, vel minoris habilitatis ejectanda erunt.

i) Veluti jam superius sub b) attactum est, Judaei per Rabinos et seniores ad erigendas Scholas nationales Judaicas exstimulentur, iisdemque omnis scrupulus, Metus, ac praeconcepta ex innatis suis Praejudiciis suspicio pro posse adimatur. In ordine attamen ad delectum Christianorum Praeceptorum ipsis Judaicis Communitatibus ad conciliandam majorem erga Scholas has neo erigendas fiduciam deferendum. Cautè admodum, nullaque non cum Circumspectatione in occurrentibus eatenus casibus procedatur, ne secus Judaei contra neo erigendas Scholas hic, aut illio nefors praeoccupati ac sinistra Consilia in obversum altissimarum Intentionum Regiarum cusuri, occasione ipsius Magistrorum Delectus instituendi perniciosas Collusiones, aut nefarios gressus ab altissimis Intentionibus Regiis deflectentes moliantur.

k) Circa id ut Judaei vel inviti ad Proles suas ad Scholas neo erigendas Judaicas mittendas adigantur, taliterque simul Idiomatis Judaici abrogatio quo meliori modo acceretur sequentia media adhibenda venient, nempe.

1-o. Ut in locis illis, ubi Scholae Judaicae modalitate supra designata introducendae disponentur, omnis privata Judaicorum Praeceptorum Instructio severissime interdicitur, ac proinde in Locis talibus omnes Praeceptores Judaici tum publici, tum Privati ab Institutione Prolium Judaicarum sub poenis Arbitrariis per Locales Magistratus praevaricantibus infligendis arceantur.

2-do. Ut post definiendi cujusdam Termini E. G. quadriennii a Dato publicationis effluxum omnes illi Praeceptores Judaici tum publici, tum privati etiam in Locis illis, ubi nulla Schola, Judaica erigenda veniet, a paritate Normae quoad Christianarum quoque Scholarum Institutum praescriptae a Prolium judaicarum Institutione removeantur ac severissime inhibeantur, qui fidedigno Scholae cujusdam Nationalis Christianae aut Judaicae Directionis Attestato mediante coram districtuali Scholarum Nationalium Inspectore producendo semet legitimize nequiverint, quod in normalistica Methodo, impertiendaque Judaicae Juventuti iuxta dictam Methodum Instructione, sufficienti, ac requisita cognitione imbuti sint.

3-tio. Ut post definiendi pariter, ast longioris Termini e. g. Decennii a Dato publicationis effluxum nullus Judaeorum 25. Aetatis Annum nondum transgressus ad opificium quoddam exercendum, aut Fornicem servandum, aut Arendam suscipiendam, aut denique majoris momenti Quaestum e. g. cum Lana, Pellibus,

Tabaca, Frumento etc. promovendum, (in quo scilicet praecipua Gentis hujus merendi media posita forent) sub severissimarum poenarum Comminatione admittatur, nisi fidedigno nationalis cujusdam Scholae Christianae, aut Judaicae Directionis Attestato, coram concernenti publico Magistratu producendo edocuerit, semet Nationalem quandam Scholam aut Judaicam, aut Christianam frequentasse, in eademque requisita Instructione imbutum fuisse.

4-to. Ut in quovis Loco, ubi Schola Judaica Nationalis introducetur, cunctae ad Communitatem Judaicam Localem pertinentes proles sextum aetatis Annum assecutae in concursu Individui Scholaris, ac Localis Jurisdictionis accurate conscribantur, ac ad Localem Judaicam Scholam frequentandam adigantur, Praevaricantes vero contra ordinationem hancce Parentes: Judaici Poenis eatenus conformiter nationalium Scholarum systemati statutis subjiciantur. Ne vero.

1) Instituti hujus Scholaris felicibus Avibus inchoati posteriores progressus, indeque sperandi fructus per intervenientes quosdam defectus sistantur, aut plene evanescat, praeter et ultra circa Scholas has neo erigendas peculiarem vigilantiam; ac periodicam earundem visitationem Districtualibus nationalium Scholarum Inspectoribus medio concernentium superiorum Regiorum Scholarum, ac studiorum Directorum imponatur, quo iidem medio superioritatis suae Regio huic Consili Locumtenentiali de Tempore in Tempus, ac signanter intra quodvis semestre spatium, reflexe ad novi hujus Instituti cursum, ac progressum numerum item judaicarum Prolium Scholas tum has, tum nationales Christianas etiam frequentantium, earundem mores, Applicationem, et prospectum cuncta demum reliqua scitu necessaria objecta Tabellares Informationes modalitate Christianarum Scholarum Instituto conformi submittere noverint, neque intermittant.

Tertio: Proles Judaicae Christianas Scholas frequentantes pari modo, uti Viennae in Scholis fieri solet, etiam in Hungaria tractandae erunt, atque hunc in finem constitutae hac in Re relate ad Judaeos Gymnasia Haereditiarum Provinciarum Regiarum Germanicarum frequentantes Regulae fine faciendi necessarii Usus clementer communicabuntur.

Quarto: Clementer vult sua Majestas Ssima ut relate ad exquirendum Scholarum Fundum benevolus adeoque procul omni Coactione Tractatus ineatur, talique ratione Ingens, quae alias ex modo ipso secutura esseet, rei odiositas, nullis coactivis mediis admissis praecaveatur, quod ipsum, ac praeterea etiam quantitas summarum circa erigendas ejusmodi Scholas requisitarum medio tempore uberius cognoscenda horsum repraesentetur; quapropter etiam necessum erit, ut per Concernentes Jurisdictiones, adeoque et Praetitulatas Dominationes-Vestras auditis Judaicis Communitatibus Fundus pro Scholis intra bimestrem Terminum proponatur, eatenusque cum Domino Superiore Regio Districtus concernentis Directore Cointelligentia foveatur, desuperque Informatio post eundem bimestrem Terminum statim isthuc submitatur.

Quinto: Punctum illud ideale: ut in principalibus Civitatibus potentiores nec ab altioribus Scholis, ubi Universitates habentur, nec ab aliquo studio (excepta Theologia) excludantur, tanto minus Difficultati cuidam subjacere, quod Judaica Gens nec Legibus Patriis, nec Benignis Idealibus Resolutionibus ab altiorum Scholarum frequentatione arceatur, quodve per clementer intentionatam Gentis hujus meliorem Institutionem, ac moralis eorum Indolis excultivationem, eosdem ad altiora quoque studia capessenda sufficienter habilitandos esse sperare licet.

Sexto: In ordine ad illud ideale Punctum, quo introductio omnium Judaicorum Librorum ex Provinciis extraneis prohiberi, ac ita, velut in Bohemia Impressio Librorum suorum in propria ad id destinato Typographia sub peculiari Censura hoc in fine constituenda ordinari benigne praecipitur; ad Benignam Resolutionem Regiam superius puncti primi § 4-to attactam, is in eo Concentratam provocari: ut omnium Librorum profanorum sive puro Hebraico, sive Judaico corrupto Idiomate, aut Hebraicis duntaxat characteribus exaratorum Impressio, aut undecunque demum facienda Introductio severissime inhibeat. Ex sacris vero Judaeorum Libris, illis nempe, qui pro Divino eorundem cultu, persolvendisque juxta Ritum Genti huic proprium Caeremoniis, ac precibus suis necessarii essent, illi duntaxat imprimis admittantur, qui puro Hebraico sermone exarati fuerint, ac proinde juxta Principia Censurae per Ssmam suam Mastem clementer stabilita regulari Censurae potuerint, eo caeteroquin hic subnexo: Elenchum ejusmodi sacrorum librorum Praegae impressorum proximius subsecutum iri.

Septimo: Pro Norma Generali statuendum est, ne deinceps Judaeis Fundos rurales aliter in Arenda tenere liceat, nisi hoc manibus Judaicis cultivari faciant, ac desuper Jurisdictionis Magistratibus singularis vigilantia commendetur.

Octavo: Ea est positiva Benigna voluntas Regia, ut Judaeis etiam Aurigatione vitae media quaerere absque ulla Restrictione concedatur, hincque modus merendi omnibus Incolis indistinctim pateat, consequenter non certo duntaxat Generi Hominum per sic dicta Privilegia Cehalia privative relinquatur.

Nono Decimo, Undecimo, et Duodecimo: Quae hucusque introductae erant Prohibitiones circa artem sigillorum Sculptoriam, Pulveris Pyrei, et Salis Nytri quaestum deinceps tollendum, et hoc in genere Christianis etiam pares efficiendos Judaeos benigne vult Altefata Sma Majestas, excepto solum accessu ad vicinias fodinarum, qui et deinceps usu moderno interdictus maneat. Item Casibus Prohibitionum per Positivam Legem definitis, Opificia autem non saltem pro nobilibus, atque in Locis illis, ubi Privilegiales Mechanicorum Cehae non existunt, exercere, verum etiam Cehas ipsas ea ratione ingredi valeant, ut Magistri Opifices pro Tyrocinio condiscendae artis Judaicas Proles per inde suscipere, ac illo absoluto in Sodales, hos autem successive in Magistros assumere creareque. Ne porro Pueri in condiscendo Tyrocinio futuri caeteris durius habeantur, vexentur, vel quascunque alias Injurias patiantur, publicae etiam Jurisdictionis tum Localis, cum Universalis vigilantia adesse teneatur, et in Contravenientes statuenda pro Exemplo poena provideatur. Praeterea cum Victus Hebraicae Gentis hominum vi instituti Religionis suae ab eo, quem Christiani habent, distinctus sit, una Magistri Opifices indulgeant, neque ulla ratione Impedimentum ponere attentent, ut si Parentes, apud quos Victu suo potiri possent, absint, privatum propriumque Victum habere valeant.

Decimo tertio: Duo omnia illa distinctiva signa, quae Judaicae Nationis homines a reliquis secernebant, deinceps tollantur, non tantum Gladii gestationem admittendam, sed et praeterea ordinandum decrevit Altefata sua Majestas, ut Barbam, aliaque in usu existentia extrinseca Religionis suae signa deponere debeant, vicissim autem in Scholis, item Opificiorum Tyrocinio ab omnibus vexis et justa querulandi ansa serio per Magistratus protegantur, proinde his severa eatenus Obligatio imponatur.

Quam proinde clementissimam Resolutionem Regiam veluti sub hodierno respective Districtualibus Dominis superioribus Regiis Studiorum Directoribus Finem in eum ab hinc perscriptam, ut relate ad ea, quae negotia Studiorum Districtus sui respiciunt, Cointelligentiam cum Praetitulatis Dominationibus Vestris, foveant, ab Eisdem ubi necessitas exegerit, assistentiam petant, praetitulatis Dominationibus Vestris, eo cum Benigno Mandato Regio hisce intimandum habet Consilium isthoc Regium Locumtenentiale: quatenus Benignae hujus Resolutionis Regiae Gremialibus suis Judaeis publicatione facta ad effectum ejusdem necessaria agere, in iis, quae Negotia Studiorum respiciunt, cum respectivis Dominis Superioribus Regiis Studiorum Directoribus cointelligentiam fovere, ubi vero ab iis assistentia Earundem desiderabitur, eam ipsis suppeditare, ac demum informationem quoque suam isthuc submittere noverint.

Datum ex Consilio Regio Locumtenentiali Hungarico Posonii die trigesima prima Mensis Martii Anno Millesimo Septingentesimo Octuagesimo Tertio celebrato.

Praetitulatarum Dominationum Vestrarum ad Officia paratissimi.

Rendszabály a zsidó népre vonatkozóan

Méltóságos, főtisztelendő, tekintetes és nagyságos, nemzeti és nagyra becsült vitézlő uraim!

Miután a zsidó népre vonatkozó rendszabály tárgyában tájékozódunk, és az így nyert adatokat ő szent felségének alázatosan bemutattuk, fentebb említett ő szent felsége a következő igen kegyes királyi rendeletet méltóztatta kiadni, és pedig:

Először: Hogy bármely szerződést, kötelezvényt, végrendeletet, számadáskönyvet, végül minden bizonylatot és oklevelet, amely akár bíróságokon, akár bíróságon kívüli ügyek tárgyalásakor valamiféle jogi kötelezettséggel bír, az illető terület bíróságain használatos nyelven kell megszerkeszteni és kibocsátani – semmissé nyilvánítás és törvényi védelem megvonásának terhe mellett –, általában azonban a magyar, latin és német nyelv irandó elő, amit a keresztények azon vidékek bírósági vagy azon kívüli fórumain használnak. Ahhoz azonban, hogy ez a rendelkezés teljesen érvényre jusson, és a zsidók megfosztassanak minden lehetőségétől, amellyel e rendelet hatálya alól kivonják magukat, először kétévnyi végleges határidő szabassék ki számukra, hogy tudniillik ezalatt legalább a felnőttek és a kereskedésbe hamarosan bekapcsolható ifjak a használt nyelvek elsajátításában olyan haladást tegyenek, aminek alapján egész népüknek segíthetnek a szerződések, kötelezvények stb. ezen országokban használt nyelveken való megszerkesztésében.

Ezekkel és a zsidókra vonatkozó törvénykezéssel kapcsolatban a fentieket, amennyiben szükséges, hogy ők ezeket tudomásul vegyék, ő szent felsége kellőképpen nyilvánosságra kívánja hozni és jóindulatúan ki akarja fejteni ama további kijelentést téve, hogy őfelsége mind a héber nyelvnek (csupán az istentisztelet kivételével), mind a zsidók anyanyelvének vagyis a zsidó-németnek, közönségesen a jüdisch-deutschnak a használatát minden, főleg bírósági, de bíróságokon kívüli ügyekkel való foglalkozásban is királyi tekintélyével megszüntetni rendeli, és a felsorolt megszüntetett zsidó nyelvek helyett a jövőben kegyesen elrendeli, hogy a zsidók mindenütt a tartományokban szokásos nyelvet használják, és hogy az említett kétesztendei határidőnek a közzétételétől számított

eltelte után mindennemű okmány, amely akár tiszta héber, akár e nép által használatos zsidó nyelven íródott vagy lett aláírva – s törvényszéken vagy azon kívüli tárgyalásokon kötelezettséget vagy közhitelűséget szokott maga után vonni –, még ha rabbik fogalmazták vagy írták is alá, legfelsőbb királyi akaratnyilvánítás folytán eleve semmisnek és érvénytelennek nyilváníttassék.

Másodszor: Hogy a zsidó ifjúság elegendő lehetőséget nyerjen a tartományokban használatos nyelvek elsajátítására, adassék az induláshoz segítség az általános oktatási módszer szerint működő zsidó iskolák eme tanulóinak.

Harmadszor: A már felállított nemzeti nyilvános iskolák látogatása is megengedtesse nekik különleges császári–királyi kegy alapján.

Negyedszer: Mivel a zsidók legtöbb könyve olyan nyelven íródott, amely a szent, azaz szoros értelemben vett héber nyelvtől nagymértékben különbözik, és amely a Királyi Egyetem tagjai előtt teljességgel ismeretlen, s ezért az ő szent királyi felsége által kegyesen előírt elvek alapján azokat cenzúrázni nem lehet, s mivel köztudott, hogy főként a műveltebb zsidók kivált az ilyen könyvek olvasása révén gyakorolják magukat saját nyelvük használatában, ezért a zsidó nyelvek kiirtásának meggyorsítása, egyszersmind a tartományokban használatos nyelvek elterjesztése érdekében kegyesen elrendeltetik, hogy a tiszta héber nyelven írt könyvek kivételével, amelyek a zsidóknál a szoros értelemben vett szent és rituális könyvek csoportjába tartoznak, és amelyek e nép istentisztelete, szertartásai, valamint imádságai végzéséhez szükségesek, minden egyéb bármilyen csoportba sorolható könyv – akár tiszta héber, akár romlott zsidó nyelven, akár pusztán csak zsidó betűkkel íródott – kinyomtatása vagy országainkba történő behozatala teljességgel a lehető legszigorúbban tiltassék meg.

A második (ponthoz): mivel az egyes tartományokban az igazgató utasítása alapján általános jelleggel létesítendő zsidó iskolák új szabályzata a zsidók közismert nyakassága és velükszületett elfogultsága miatt nem nélkülözi majd a nehézségeket, s ezért különös figyelmet és éberséget igényel majd a felsőbb királyi tanügyi felügyelő urak részéről, s mivel ezenfelül e munka megvalósítása során az újonnan létesítendő iskolák költségeihez megtalálendő és megszilárdítandó anyagi alap kapcsán nem csekély nehézségekkel és kellemetlenségekkel kell számolni, ezért e kényes munka kezdetén mindössze arról kell gondoskodni, hogy bármely kerületben, jelesül pedig

a) olyan helyen, ahol a zsidók nagyobb számban élnek, és amelynek kijelölése az említett felsőbb királyi tanügyi felügyelőkre tartozik, egy zsidó iskola létesíthetessék, mégpedig központi (capitalis schola Judaica). Megjegyezvén azonban azt, hogy egyik vagy másik tankerületben, ahol több, egymástól távol levő, népesebb családokból álló zsidó közösség él, amelyek ifjúsága számára egy iskola nem volna elegendő, teljességgel a felsőbb királyi tanügyi felügyelők megítélésére és véleményére bízatik, hogy a hozzájuk tartozó kerületek körülményeihez képest kell-e több iskolát felállítani, hol és hányat. Minthogy pedig

b) e ritusához ragaszkodó nép nehezen szánja rá magát, hogy több helyen állítson fel általános gimnáziumot, gondoskodni kell minden aggályoskodás eloszlatásáról, és hogy annál hajlandóbbak legyenek iskolák létesítésére, jóságos királyi paranccsal kell meghagyni a rabbiknak és a véneknek: a zsinagógában kihirdetve a rendszabályra vonatkozó eme kegyes és jóságos királyi határozatot egyszersmind feltétlenül intsék népüket annak szükségszerű és megtisztelő

teljesítésére, különösképpen a nyilvános iskolákban elsajátítandó irodalmi ismeretek tekintetében.

c) Arra vonatkozólag, hogy az ilyen iskolák hány osztályból és tanítóból álljanak, egyelőre nem kell határozatot hozni.

d) Nem kétséges, hogy az e nép számára felállítandó zsidó iskolákba azok jönnek, akiket az eme országokban élő nyelvekre, úgymint a németre, magyarra és szlávra, valamint matematikára és egyéb tantárgyakra kell oktatni, amelyek bármely vallású emberek számára közhasznúak, és amelyeket a keresztény nemzeti iskolákban oktatnak. Ami azonban azt illeti, hogy az említett zsidó iskolákban oktatandó nyelvek miként legyenek felosztva, e tárgyban később születik döntés.

e) Minthogy mindaz, amit a nemzeti általános iskolákban oktatni szoktak, minden vallású és felekezetű ember közös hasznára irányul, s ezért a zsidók számára is hasznos lehet, ezért hogy mind a katolikus, mind a más vallású emberek valamennyi nemzetiségi iskolájában megvalósulhasson az egyöntetűség, továbbá hogy elkerülhetők legyenek azok a jelentős kiadások, amelyek a tankönyvek haszontalan és az iskolai alap érzékeny veszteségét okozó költséges megsokszorozódásból fakadnak, különösen ügyelni és törekedni kell arra, hogy a különféle vallású nemzeti iskolák számára készült világi tankönyvekből mindazt teljes egészében elhagyják, ami bármi módon érinthetné a vallás kérdését, s ily módon a most említett világi könyvek valamennyi nemzeti iskola számára egységessé váljanak. Tehát az említett szempontok és költségek figyelembevételével kell eme általános módszert a zsidó iskolákra is alkalmazni, következésképpen bármely világi könyv az említett módosítás által alkalmassá téve és megváltoztatva a zsidó iskolákban is használható lesz.

Ami továbbá a zsidó vallásoktatást illeti, amint a keresztények nemzetiségi iskoláiban a kathekhizmus-oktatás céljára a tanterv alapján bizonyos napok és órák vannak kijelölve, hasonlóképpen az újonnan felállítandó zsidó iskolákban is, hogy e nép részéről, mely hajlik a bizalmatlanságra és gyanakvásra, nagyobb legyen a bizalom és a jóindulat, valamint hogy elérhető legyen, hogy mindjárt az első évtől kezdve nagyobb lelkesedéssel, vonakodás és félelem nélkül mennél több tanuló jöjjön össze, azoknak a zsidó községeknek, amelyeknek kebelében az iskolák fölállítatnak, megengedtetik, sőt kötelezővé tétetik, hogy minden egyes ilyen újonnan létesülő iskolában a zsidó hitoktatás céljára oktatóról gondoskodjanak (kizárólag a zsidó gyerekek szüleinek anyagi hozzájárulásával), mégpedig úgy, hogy azon órákban, amelyek a keresztény nemzetiségi iskolákban a kathekhizmus oktatására vannak kijelölve, valamennyi zsidó gyermek a helybeli újonnan felállított zsidó iskolában gyülekezve oktatást nyerjen; a zsidó tanórákon kívül a zsidó tanulókat összehívnia, egybeterelnie és számukra rendkívüli órákat tartania teljességgel tilos legyen. Egyébként a külső fegyelmi rend tekintetében minden zavar, nézeteltérés és ellentét elkerülése végett legyen alárendelve a helybeli nemzetiségi iskolák igazgatójának, és neki tartozzék engedelmisséggel.

f) Legalább ez új tanítási rend kezdetén, és legalább az első esztendőknél kizárólag keresztény tanítókat alkalmazzanak. Szükséges azonban, hogy a későbbiek során bekapcsolandó zsidó tanítók az olvasásban, írásban és számtanban keresztény pedagógusoknál nyerjenek kiképzést, és ilyenformán az oktatásban teljes egyformaság jöjjön létre; továbbá e célból a nemzetiségi körzeti iskolák felügyelői által szigorúan megparancsoltassék, hogy az általános módszer alapján

tárgyalandó tantárgyakhoz, valamint azokhoz, amelyeknek oktatására alkalmazást nyertek, egyéb oda nem illő ismereteket, valamint zsidó vallási tanításokat ne merészljenek hozzákeverni, minthogy ennek oktatására külön tanító van beállítva. Hogy pedig e rendelkezés pontosan betartassék, a körzeti felügyelők éberem őrködjenek, hogy e nép veleszületett ravaszsága és álnok magatartása révén az ő szent felsége által eme újonnan létesítendő iskolák elé kegyesen kitűzött cél az igaz és helyes útról el ne téríttessék.

g) Minthogy azok, akiket a zsidó iskolákban való oktatásra kijelöltek, előzetesen az általános tantervben kell hogy kiképzést és oktatást nyerjenek, ezért a zsidó közösségek által oktatóul javasolt személyeket a nemzetiségi iskolák felügyelői válasszák ki, előzetesen figyelmeztetvén a közösségeket, hogy ne csupán a javasoltak tanulmányokra való alkalmasságát, hanem ismert erényeit is vegyék tekintetbe, s azokról győződjenek meg. Hogy pedig a zsidók e rendelkezés végrehajtását szokott vonakodásukkal ki ne játsszák s ne késleltessék, az illetékes joghatóság útján utasíttassanak, hogy minden egyes tankerület közösségéből legalább három, az oktatói feladat ellátására alkalmas alanyt azonnal és minden késlekedés nélkül két hónapon belül név szerint jelöljenek meg az illető körzeti nemzetiségi iskolák felügyelőinek és a nevezett egyéneket a szomszédos előkészítő iskolákba küldjék el, hogy ott az oktatáshoz szükséges készséget megszerezhessék.

h) A zsidóknak feltétlenül hagyassék meg a szabadság, hogy a keresztények iskoláit látogathassák, míg a keresztény oktatók csak abban az esetben nyerjenek alkalmazást az ő iskoláikban, a türelembér szokásos arányában megszabandó fizetés ellenében, ha a zsidók az előírt kéthavi időszakon belül elmulasztásának maguk közül alkalmas jelölteket állítani, illetőleg őket előkészítés végett a szomszédos iskolákba elküldeni. Ahol viszont ezekben a zsidó iskolákban az általános módszer szerint kiképzett zsidó oktatókat alkalmaznak, fizetésüket esetről esetre kell megszabni a körülmények figyelembevételével, az illető zsidó személy magasabb vagy alacsonyabb fokú alkalmasságának ismeretében.

i) Mint fentebb, mára a b) pontban érintettük, a rabbik és vének ösztönözzék a zsidókat nemzetiségi iskolák létesítésére, és lehetőleg vegyék elejét minden aggálynak, félelemnek és velük született elfogultságból fakadó gyanakvásnak. A keresztény tanítóknak a zsidó közösségek számára történő kiválasztása során azonban nagy gonddal kell vigyázni arra, hogy eme újonnan felállítandó iskolák iránti bizalom megerősödjék, és a lehető legkörülményesebben kell az előadódó esetekben eljárni, nehogy ellenkező esetben egyik-másik helyen az újonnan létesítendő iskolákkal szemben elfogult vagy a legmagasabb királyi szándékokkal ellentétes terveket kovácsoló zsidók a tanítók kiválasztása alkalmából veszélyes összejátszásra vagy a legmagasabb királyi szándékoktól eltérő gonosz lépések megtételére vetemedjenek.

k) Hogy pedig a zsidók, akár akaratuk ellenére is, gyermekeiknek az újonnan felállítandó zsidó iskolákba való járatására kényszerüljenek, s ilyen formán egyszersmind a zsidó nyelvjárás a lehető leghatásosabban háttérbe szoruljon, a következő eszközöket kell alkalmazni:

1. Azokban a helységeken, ahol a fent leírt feltételekkel zsidó iskolák létesülnek, a legszigorúbban tiltassék meg mindennemű zsidó magánoktatás, s ezért az ilyen helységeken valamennyi zsidó köz- és magántanítót – a helyi

hatóságok által a vétkekre tetszés szerint kiszabott büntetésekkal – akadályozzanak meg a zsidó gyermekek oktatásában.

2. Bizonyos kiszabandó határidő, például a közzétételt követő négy év eltelte után – még azokban a helységeben is, ahol nem kerül felállításra zsidó iskola – a keresztény iskolák intézményére is vonatkozó rendszabály alapján távolítsanak el és a legszigorúbban akadályozzanak meg a zsidó gyermekek tanításában minden olyan zsidó köz- és magántanítót, aki valamely keresztény vagy zsidó nemzetiségi iskola vezetőségének hiteles bizonytsága szerint, amit a nemzetiségi iskolák körzeti felügyelője előtt kell bemutatnia, nem tudja igazolni, hogy elégséges és szükséges ismeretekkel rendelkezik az általános módszertant és a zsidó ifjúságnak a nevezett módszer szerinti oktatását illetően.

3. Hasonlóképpen kiszabandó, de hosszabb határidő, például a közzétételt követő tíz év letelte után a legszigorúbb büntetés terhe alatt egyetlen 25. életévét még be nem töltött zsidónak ne engedélyezzék kézművesség folytatását, csapszék tartását, haszonbérlet vállalását vagy bármiféle jelentősebb hasznot hajtó – például gyapjúval, bőrrel, dohánnyal, gabonával stb. való – kereskedés folytatását (amiben tudniillik e nép jelentős kereseti forrásai rejlenek), kivéve ha valamely keresztény vagy zsidó nemzetiségi iskola vezetőségének hiteles bizonytsága szerint, amit az illetékes közhatalóság előtt kell bemutatnia, igazolja, hogy valamely zsidó vagy keresztény nemzetiségi iskolába járt, s ott a szükséges képzésben részesült.

4. Minden olyan helységben, ahol zsidó nemzetiségi iskola kerül felállításra, az összes helyi zsidó közösséghez tartozó, hatodik életévét betöltött gyermeket írják össze az osztatlan iskolai és helyhatósági gyűlésen, és kötelezzék a helybeli zsidó iskola látogatására; az e rendelkezés ellen vétő zsidó szülőket pedig a nemzetiségi iskolák rendtartásához igazodó büntetéssel sújtják.

Az első (ponthoz): Hogy pedig e kedvező előjelekkel beindított iskolarendszer további kiterjedésedését és a belőle remélhető hasznot közbejött hibák ne csökkentsék vagy tegyék semmivé, eme újonnan felállítandó nemzetiségi iskolák felett gyakorolt éber felügyeleten és az azokban végzett időszakos látogatásokon túlmenően az illetékes felsőbb királyi iskolák és főiskolák igazgatói révén a nemzetiségi körzeti iskolák felügyelőinek kötelességévé tétessék, hogy a fölöttük állók révén időről időre, kiváltképpen minden féléves időszakon belül írásos jelentést küldjenek a Királyi Helytartótanácsnak a keresztény iskolák szabályzatának megfelelő módon, kitérve benne eme új intézmény működésére és fejlődésére, az ezeket, illetve a keresztény nemzetiségi iskolákat látogató zsidó gyermekek számára, azok erkölcsére, beilleszkedésükre, a várható eredményre s mindarra, aminek megismerése szükséges, és e jelentéstételt el ne mulasszák.

A harmadik (ponthoz): A keresztény iskolákba járó zsidó gyermekekkel ugyanúgy kell bánni Magyarországon is, amint az Bécs iskoláiban történik, és evégett a németországi örökös királyi tartományok gimnáziumait látogató zsidókra alkotott idevonatkozó rendszabályok a szükséges gyakorlat bevezetése érdekében kegyesen közöltetni fognak.

A negyedik (ponthoz): Ő szentséges felsége kegyesen azt akarja, hogy az iskolaalap előteremtése érdekében kezdjenek jószándékú és minden kényszerítéssel nélkülöző tárgyalásba, s ilyen módon minden kényszerítő eszközt mellőzve kerüljék el, hogy e kérdés nagyobb ellenérzést szüljön – ami egyébként a dolog természetéből szokott következni –, hogy ezenközben ezt is, valamint az ilyen

iskolák felállításához szükséges pénzösszeg nagyságát is alaposabban meg lehessen ismerni. Ezért arra is szükség lesz, hogy az illetékes joghatóságok, valamint uraságtok révén, meghallgatván a zsidó közösségeket, két hónapon belül javaslat tétessék az iskolaalapra vonatkozólag, e tárgyban az illető kerület felsőbb királyi igazgatójával legyen meg az egyetértés, és e kéthavi határidő elteltével azonnal küldessék ide róla jelentés.

Ötödször: Az az általános követelmény, hogy a jelentősebb városokban a tehetősebbek sem a magasabb fokú iskolákból, ahol egyetemek vannak, sem valamely tudományszakból (a teológia kivételével) ki ne zárassanak, annál kevésbé jelent nehézséget, mivel a zsidó népet sem atyai törvényei, sem a jóságos királyi rendelkezések nem tiltják el magasabb fokú iskolák látogatásától, továbbá mivel remélhető, hogy e nép kegyesen befolyásolt helyesebb irányú nevelése és jellemének erkölcsi kiművelése kellőképpen alkalmassá teszi őket a magasabb tudományok elsajátítására.

Hatodszor: Ami azt az általános követelményt illeti, hogy külső tartományokból ne legyen szabad semmiféle zsidó könyvet behozni, ezért jóságosan elrendeltetik, hogy miként Csehországban, könyveiket külön e célra rendelt nyomdában különleges ellenőrzés mellett nyomtassák ki, az első pont negyedik paragrafusában érintett jóságos királyi határozatra utalunk, hogy tudniillik valamennyi profán könyv kinyomtatása vagy bárhonnan történő behozatala – akár tiszta héber nyelven, akár romlott zsidó nyelven, akár csupán héber betűkkel íródott – szigorúan tiltassék meg. A zsidóknak ama könyvei közül pedig, amelyek istentiszteletük, valamint e nép sajátos ritusa szerinti szertartásai és imái végzéséhez szükségesek, csak azok engedélyeztessenek, amelyek tiszta héber nyelven íródtak, és ennél fogva ő szent felsége által kegyesen megállapított cenzúrázási alapelvek szerint ellenőrizhetők. Ehhez még azt fűzzük hozzá, hogy az ilyen, Prágában kinyomtatott szent könyvek listáját a közeli jövőben tesszük közzé.

Hetedszer: Általános szabályként elrendeltetik, hogy zsidók ezentúl falusi birtokot csak akkor bérelhessenek, ha azt zsidó kézzel műveltetik meg; efőltt a törvényhatóságok különös gonddal őrködjenek.

Nyolcadszor: Kifejezett jóságos királyi kívánság, hogy a zsidóknak is megszorítás nélkül engedélyezzék, hogy a megélhetéshez szükséges dolgokat fuvarozással keressék meg; és ez a kereseti lehetőség minden lakosnak kivétel nélkül legyen megengedve, következképpen ne csupán egy meghatározott embercsoportnak adassék meg úgynevezett céh-privilégiumok révén.

Kilencedszer, tizedszer, tizenegyedszer és tizenkettedszer: A pecsétvésés, puskaporkészítés és salétromnyerés eddigi tilalma szűnjék meg, és ő szent felsége jóságosan azt akarja, hogy a zsidók e vonatkozásban a keresztényekkel egyenlővé tétessenek, egyedül a bányák környékének megközelítése legyen kivétel, ami maradjon mai szokás szerint ezentúl is tilos. Továbbá a tilalmak eseteit a pozitív törvény határozza meg. Kézművességet pedig ne csupán nemesek számára, illetőleg azon helységekből üzhessenek, ahol kiváltságolt kézműves céhek nem léteznek, hanem magukba a céhekbe is beléphessenek azon céllal, hogy a kézműves mesterek zsidó gyermekeket inasul alkalmazhassanak a mesterség elsajátítása végett, majd segédekké és mesterekké fogadhassák és tehessék őket. Hogy pedig az inasságot vállaló fiúgyermekeket a többieknel ne kezeljék durvábban, ne zaklassák őket és semmiféle más jogtalanságot ne szenvedjenek

mind a helyi, mind az országos joghatóság éberem őrökadjék, a vétkesekkel szemben pedig példás büntetésről gondoskodjék. Ezenkívül: mivel a héber néphez tartozó emberek étkezési szokásai a vallásuk előírása miatt eltérnek a keresztényekéitől, ezt a céhmesterek nézzék el, és semmiképpen se próbálják megakadályozni azt, hogy a szülők távollétében, akiktől élelmüket megkaphatnák, saját külön étkezésük biztosítva legyen.

Tizenharmadszor: Mindazok a megkülönböztető jegyek, amelyek a zsidó nemzetiségű embereket a többiektől elválasztották, a jövőben töröltessenek. Őfelsége nemcsak a kardviselést engedi meg, hanem ezenfelül azt is elrendeli, hogy a szakállviselést és vallásuk minden külső jelét tegyék le,⁵ cserébe viszont mind az iskolákban, mind a kézművesek szolgálatában hatóságilag védelmezzék őket minden zaklatás és jogos panaszra okot adó sérelem ellen; evégett szigorú kötelezettség terhelje őket.

Ez a legkegyelmesebb királyi elhatározás a mai napon az iskolák tankerületi főigazgatói részére azzal a céllal íratott meg, hogy a tankerület iskoláit illető kérdésekben közös állásponton legyenek fent említett uraságaitokkal, és szükség esetén a támogatásukat kérjék. Ez okból fent említett uraságaitokhoz jóságos királyi utasítás alapján azzal a tanáccsal fordul a királyi helytartó, hogy e jóságos királyi rendeletet a környezetükben élő zsidók előtt kihirdetvén tegyék meg a szükséges lépéseket annak megvalósítása érdekében; az iskolaügyet illető kérdésekben helyezkedjenek közös álláspontra az illetékes tankerületi főigazgató urakkal, ahol pedig szükségesnek látszik a támogatásuk, adják azt meg nekik, végül pedig küldjék el hozzánk értesüléseiket.

Kelt Pozsonyban, a Magyar Királyi Helytartói Tanács (ülése)ben, amely 1783. március hó 31-én tartatott.

Említett uraságaitoknak készségesen állva szolgálatára.

⁵ A szakállviselés tilalmára vonatkozó rendelkezést a Helytartótanács már 1783. április 28-án visszavonta (no. 3800): "A szakáll levétele mindenkinek saját tetszésére hagyatik; egy zsidót sem lehet ezentúl többé erre kényszeríteni. Ezen rendelet azonnal kihirdetendő." Idézi Bergl József, A magyarországi zsidók története (Kaposvár: Jeiteles Hermann, 1879), p. 72. A rendelet teljes latin szövege a Sopron városi Tanács jegyzőkönyvéből, in: Scheiber Sándor, szerk., Magyar-zsidó oklevéltár – Monumenta Hungariae Judaica, XVIII (Budapest: A Magyar Izraeliták Országos Képviselőlete, 1980), pp. 353–354, no. 651.